

ris certaeque formae anulos mihi faceret, et acciperet verbi gratia denarios CC, utrum emptio et venditio an locatio et conductio contrahatur. Cassius ait materiae quidem emptionem venditionemque contrahi, operarum autem locationem et conductionem. Sed plerisque placuit emptionem et venditionem contrahi. Atqui si meum aurum ei dederō mercede pro opera constituta, convenit locationem conductionem contrahi.

148. Societatem coire solemus aut totorum bonorum aut unius alicuius negotii veluti mancipiorum emendorum aut vendendorum.

149. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit societas, ut quia maiorem partem lucretur minorem damni praestet. Quod Q. Mucius *<contra naturam societatis esse existimavit. Sed Servius Sulpicius, cuius>*³¹⁸ etiam praevaluit sententia, adeo ita coiri posse societatem existimavit, ut dixerit illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni praestet, sed lucri partem capiat, si modo opera eius tam pretiosa videatur, ut aequum sit eum cum hac pactione in societatem admitti. Nam et ita posse coiri societatem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, || et tamen lucrum inter eos commune sit: saepe enim opera alicuius pro pecunia valet.

150. Et illud certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos convenerit, tamen aequis ex partibus commodum et incommodum inter eos commune esse. Sed si in altero partes expressae fuerint, velut in lucro, in altero vero omissae, in eo quoque, quod omissum est, similes partes erunt.

151. Manet autem societas eo usque, donec in eodem consensu³¹⁹ perseverant. At cum aliquis renuntiaverit societati, societas solvitur. Sed plane si quis in hoc renuntiaverit societati, ut obveniēns aliquod lucrum solus habeat, veluti si mihi totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati, ut

konał dla mnie pierścieni o określonej wadze i kształcie i przyjął na przykład 200 denarów, czy zawiera się kontrakt kupna–sprzedaży, czy najmu. Cassius powiada, że co do materiału zawiera się kupno–sprzedaż, co do pracy – kontrakt najmu. Ale większość uznała, że zawiera się kupno–sprzedaż. Jednakże jeśli dam mu moje złoto, ustalając wynagrodzenie za pracę, przyjęto, że zawiera się kontrakt najmu.

148. Spółkę zwykliśmy zawierać albo co do całego majątku, albo co do jakiejś jednej sprawy, na przykład dla zakupywania i sprzedaży niewolników.

149. Pojawił się poważny problem, czy spółka może być zawarta tak, żeby ktoś miał większy udział w zyskach, a ponosił mniejsze straty. Quintus Mucius uznał, że jest to sprzeczne z istotą spółki. Ale Servius Sulpicius, którego pogląd przeważał, tak bardzo był przekonany, jakoby spółka tak mogła być zawarta, iż powiedział, że może być zawarta również w taki sposób, że ktoś nie ponosił w ogóle żadnej straty, lecz zabrał część zysku, o ile jego praca wydaje się tak wartościowa, że słuszne jest, by w wyniku porozumienia tej treści dopuścić do spółki. Wiadomo, że spółka może być zawarta i tak, że jeden wnosi pieniądze, drugi nie wnosi, a jednak zysk jest między nimi wspólny; często bowiem czyjaś praca ma wartość pieniądza.

150. I to jest pewne, że jeśli nie dojdzie pomiędzy nimi do uzgodnienia co do partycypacji w zyskach i stratach, to jednak wspólna jest między nimi w częściach równych tak korzyść, jak i strata. Ale jeśli udziały zostaną wyraźnie określone co do jednego, na przykład co do zysku, co do drugiego zaś pominięte, udziały będą analogiczne, w tym także, co pominięto.

151. Spółka utrzymuje się dopóty, dopóki wspólnicy trwają w tym samym porozumieniu, ale gdy któryś wypowie kontrakt, spółka się rozwiązuje. Ale oczywiście, jeśli ktoś wypowiedział spółkę, by samemu zagarnąć jakąś przypadkową korzyść, na przykład, jeśli mój wspólnik co do całego majątku, gdy przez kogoś ustanowiony zostanie spadkobiercą, wypowie spółkę po to,

³¹⁸ GOESCHEN ex I. 3, 25, 2.

³¹⁹ I. 3, 25, 4; Gai Epit. 3, 9, 17; Cod.; sensu.

hereditatem solus lucrifaciat, coetur hoc lucrum communicare; si quid vero aliud lucrifecerit quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet. Mihi vero, quidquid omnino post renuntiata societate acquiratur, soli conceditur.

152. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit certam, personam sibi eligit.

153. Dicitur etiam capitis deminutione solvi societatem, quia civili ratione capitis deminutio³²⁰ morti coaequatur; sed utique si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

169 154. Item si cuius ex sociis bona publice aut privatim venierint, solvitur societas. Sed ea quidem || societas, de qua loquimur, id est quae consensu contrahitur nudo, iuris gentium est, itaque inter omnes homines naturali ratione consistit.

154a.³²¹ Est autem aliud genus societatis proprium civium Romanorum. Olim enim mortuo patre familias inter suos heredes quaedam erat legitima simul et naturalis societas, quae appellabatur ercto non cito, id est dominio non diviso: erctum enim dominium est, unde erus dominus dicitur: ciere autem dividere est, unde caedere et secare dicimus.

154b. Alii quoque, qui volebant eandem habere societatem, poterant id consequi apud praetorem certa legis actione. In hac autem societate fratrum suorum ceterorumve, qui ad exemplum fratrum suorum societatem coierint, illud proprium erat, quod vel unus ex sociis communem servum manumittendo liberum faciebat et omnibus libertum adquirebat: item unum rem communem mancipando eius faciebat, qui mancipio accipiebat³²².

155. Mandatum consistit, sive nostra gratia mandemus sive aliena. Itaque sive ut mea negotia geras, sive ut alterius, manda-

aby samemu osiągnąć korzyść ze spadku, będzie zmuszony ów zysk ze mną podzielić. Jeśli natomiast osiągnie jakąś inną korzyść, o którą się nie ubiegał, należy tylko do niego. Mnie zaś samemu przyznaje się to, co w ogóle nabyte zostaje po wypowiedzeniu spółki.

152. Nadto spółka rozwiązuje się również przez śmierć współnika, ponieważ ten, kto zawiera spółkę, dobiera sobie określoną osobę.

153. Powiada się, że spółka rozwiązuje się także wskutek *capitis deminutio*, ponieważ w świetle *ius civile capitis deminutio* przyrównuje się do śmierci; ale w każdym razie, jeśli nadal trwają w porozumieniu co do spółki, przyjmuje się, że powstaje nowa spółka.

154. W ten sposób, jeśli majątek jednego ze współników zostanie sprzedany publicznie albo prywatnie, spółka ulega rozwiązaniu. Spółka, o której mówimy, to jest ta, którą zawiera się przez samo porozumienie, jest instytucją *ius gentium*, zatem u wszystkich ludów opiera się na rozsądku naturalnym.

154a. Istnieje natomiast inny rodzaj spółki właściwy obywatelom rzymskim. Dawniej bowiem, po śmierci ojca rodziny, istniała między spadkobiercami domowymi pewnego rodzaju spółka, jednocześnie prawna i naturalna, która zwała się „ercto non cito”, czyli nie podzielnej własności, „erctum” bowiem to „własność”, stąd właściciela zwie się „erus”, „ciere” natomiast znaczy „dzielić”, stąd mówimy „ciąć” i „siekać”.

154b. Również inni, którzy chcieliby mieć taką spółkę, mogli to osiągnąć w drodze procesu *legisactionis* przed pretorem. W tej spółce braci, albo innych osób, które utworzyły spółkę na wzór braci jako spadkobierców domowych, charakterystyczne było to, że także jeden ze współników, wyzwalał wspólnego niewolnika, czynił go wolnym i pozyskiwał wyzwolenca dla wszystkich; tak samo jeden, zbywając rzecz wspólną w drodze *mancypacji*, czynił właścicielem tego, kto przez *mancypację* rzecz przyjmował.

155. Zlecenie dochodzi do skutku, gdy udzielamy zlecenia bądź w naszym, bądź w cudzym interesie. Tak więc, jeśli zlecę, byś prowadził

³²⁰ hinc incipit F. inde a tio.

³²¹ §§ 154 a et b desunt in Cod., sed cf. F.

³²² ARANGIO-RUIZ: auctore suppl. editores.